Fragmentarium



Edificans hierusalem dominus dispersiones israel congregabit Qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorum
Qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomina vocat
Magnus dominus noster et magna virtus eius et sapientiae eius non est numerus
Suscipiens mansuetos dominus humilians autem peccatores usque ad terram
Praecinite domino in confessione psallite deo nostro in cithara Qui operit celum nubibus et parat terae pluviam
Qui producit in montibus fenum et herbam servitio hominum
Dat iumentis escam ipsorum et pullis corvorum invocantibus eum Non in fortitudine equi voluntatem habebit nec in tibiis viri beneplacitum erit
Beneplacitum est domino super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius
Lauda hierusalem dominum lauda deum